

*De secundo spagirorum instrumento locali,  
matrice vel ovo philosophico.*

## CAP. V.

**M**VLTA de se temere præsumentes philosophi, perperam intellexerunt occultum atque secretum vas philosophorum, & peius id quod Aristoteles alchimista (non ille verò academicus Græcus) loquitur inquiring, materiam in triplici vase decoquendam: item pessimè quod ab alio dicitur, materiam in prima separatione, primoq; gradu, vas metallicum expetere, in secundo gradu coagulationis videlicet ac dealbationis suæ terræ, vas vitreum, & in tertio gradu, qui fixationis est, vas terreum. Nihilominus per hæc omnia, solum vnum vas intelligunt in omnibus operationibus, vsque ad perfectionem rubei lapidis. Cùm igitur materia nostra, sit radix nostra ad album simul & ad rubeum, necessariò vas nostrum ad hunc modum esse debet, vt in eo materia regi valeat à cœlestibus corporibus. Influentiæ namque cœlestes inuisibiles, & astrorum impressiones, apprimè necessariae sunt ad opus: aliter autem impossi-